

g. regem lenire studet: 'Confitemur devovendo', inquit, 'salva fidelitate imperatoris nostri, quia, si superstes ei fuerit vestra nobilitas, vita nobis comite, si dederit nobis quislibet multorum modiorum auri cumulum, numquam suscipiemus alium in regnum et imperium Romanum nisi te ipsum': 'Litteras vestrae'. J. 2951. Baron. Ann. eccl. A. 871 N. 76.

Eiusdem ad Lotharium regem ep., qua significat, Theutbergam de divortio postulassee Romae; sed domum redire iussam a se esse, quia rem tantam nisi in synodo non diiudicandam putasset: 'Quia beato Petro'. J. 2892. Baron. Ann. eccl. A. 867 N. 154: 'a Fabro accepimus'.

Eiusdem ad Waldradam ep.: eam, quoniam ad bonam frugem se recepisset, petente Ludovico imperatore et excommunicatione et anathemate solutam esse ea lege, ut in reliquum societatem Lotharii regis omnino vitaret: 'Nemo plane'. J. 2897. Baron. Ann. eccl. A. 868 N. 4 ex cod. Nicolai Fabri.

Eiusdem epistolae generales:

a. episcopos synodi Tricassinae laudat actaque confirmat: 'Legationis vestrae'. J. 2894. Baron. Ann. eccl. A. 868 N. 11 ex bibl. Nicol. Fabri.

b. archiepiscopis et episcopis in regno Ludovici Germanici regis constitutis nuntiat, Waldradam, cum ad virtutem rediisset, absolutam esse: 'Sicut obstinatis'. J. 2898. Baron. Ann. eccl. A. 868 N. 6 ex bibl. Nic. Fabri.

c. episcopis synodi Suessionensis significat, quid de Ac-tardo Namneticensi episcopo, ab eis commendato, ad Carolum Calvum regem scripserit: 'Inter cetera quae'. J. 2903. Baron. Ann. eccl. A. 868 N. 19 ex cod. Nicol. Fabri.

d. primates regni Caroli Calvi monet, ut regem eiusque filios ab occupando Lotharii regno dehortentur, quod hereditario iure ad Ludovicum II. imperatorem ecclesiae Romanae contra Saracenos defensorem redierit: 'Omnes quidem'. J. 2917. Baron. Ann. eccl. A. 869 N. 94 ex bibl. Nicol. Fabri.

e. episcopis regni Caroli Calvi idem mandat: 'Inter exordia'. J. 2918. Baron. Ann. eccl. A. 869 N. 98.

f. omnes primates 'regni domni Hlotarii quondam magni imperatoris et genitoris domni Hludowici imperatoris' sub excommunicationis et anathematis poena hortatur, ut in Ludovici II. imperatoris fide permaneant: 'Perfectae procul'. J. 2921. Baron. Ann. eccl. A. 868 N. 53 ex bibl. Nic. Fabri.

g. archiepiscopis et episcopis regni Caroli Calvi mandat, hortentur regem, ut de regno Lotharii desistat: 'Nuper apostolatus'. J. 2927. Baron. Ann. eccl. A. 870 N. 7 ex bibl. Fabri (?).

h. optimates regni Caroli Calvi monet, inducant regem, ut Lotharii regno parcat: 'Nuper apostolatus'. J. 2929. Baron. Ann. eccl. A. 870 N. 10 ex bibl. Fabri (?).

i. archiepiscopos et episcopos regni Ludovici Germanici